



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

81. Tria C. & Tria Religionum fulcimenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(158)

SYMBOLUM 81.

Trias C.

In æconomiâ Religiosâ sagaciter observanda juxta doctrinam
nostri Pincharij de statu proficientium cap. 14. in fine
Codex, Cella, Claustrum.

Prima, Dei Cultor, triplicis custodia voti
Sit tibi; C, fuerit cura secunda, triplex.

Te templo reducem maneat cum Codice Cella,
Rariùs e Claustrum limine fige pedem.

(a) O Cœli & Cellæ cognatio quanta! quis ire

Ad Triadem valeat commodiore viâ?

[a] Cella & Cœli habitatio cognata sunt: quia sicut ad invicem habent cognationem nominis, sic etiam pietatis: a celando enim Cælum & Cella nomen habere videntur; & quod celatur in Cælis hoc & in Cellis, quod geritur in Cælis hoc & in Cellis. a Cella quoque in Cælum sæpe ascenditur, vix aut numquam à Cellâ in infernum descenditur. &c. Vide hæc fusius prosequentem nostrum Pincharium de statu perfectorum cap. 4. Et iterum: qui sedet in Cellâ & quiescit, a tribus bellis eripitur scil. auditus, locutionis, & visus, & contra unum tantummodo pugnam habet scil. cordis.

N. Trias alia Religionum fulcimenta acutè adinventæ & expressæ a nostris Theologis Col. in dedicatoriâ Thesum ad Rmum nostrum P. Generalem hoc anno tali vs. s.

Per Trias Ri, Sci, Vi, manet ordo quilibet in Vi, id est, per Rigorem disciplina, Scientiam, Visitationem, manent ordines in virore vel vigore.

SYMBOLUM 82.

Triplex gradus in statu iustorum

Conversio ad Deum, progressus in studio virtutis, perseverantia seu palmæ comprehensio.

Ad solem (a) flos folis amat convertere vultus,
Ad Triademque suos flectere justus amat.

B b

In